



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CXIV. Das Kloster Alt-Uelzen bekundet, daß das Kloster Diesdorf eine jenem zu zahlende jährliche Rente abgelöst habe, am 22. Juli 1358.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

CXIV. Das Kloster Alt-Uelzen bekundet, daß das Kloster Diesdorf eine jenem zu zahlende jährliche Rente abgelöst habe, am 22. Juli 1358.

Nos Ludolfus de marnholte abbas, Fredericus prior Totusque Conuentus monasterii sancti Johannis Baptiste in veteri vllessen Ordinis sancti Benedicti Verdenfis Dyocefsis recognoscimus publice protestando, Quod causam totalem, quam coram Honorabili viro domino Hermanno preposito in vllessen, Judice ab Honorabili viro domino Thiderico decano Ecclesie Lubicensis, Judice a sede apostolica delegato, subdelegato, instaurauimus intendendo Contra Honorabilem virum dominum Johannem de Buc prepositum electum in Dyftorpe ac Religiosas dominas Elyzabeth priorissam, ac Conuentum sanctimonialium Monasterii beate marie virginis ibidem Ordinis beati augustini eiusdem dyocefsis Super vna marca denariorum, nobis nomine pensionis seu annuorum reddituum per eos exfoluenda et per tempora aliquot detenta, predicti domini Judicis et consensu Judicio etiam suo firmato vna cum ipsis compromissimus vallato arbitrio In viros prudentes dominos Harnedum de marnholte, Sacristam dicti monasterii nostri, ac Johannem de Olbernhufen, Rectorem Ecclesie in vallerfleue, Halberstadenfis dyocefsis, qui concorditer diffiniuerunt, quod sopita omni controuersia predicta occasione dicte pensionis debite seu retente et etiam expensarum, dampni seu interesse inter nos et dictum monasterium in Dyftorpe iam mota et in perpetuum mouenda, Dictus dominus Johannes de Buc dicti monasterii nomine nobis decem et septem marcas denariorum in promptu numerauit ad similem pensionem, quam petiuimus nostro monasterio comparandam. Propter quod ipsum monasterium in Dyftorpe a dicta annua pensione vnus marce denariorum cum omni debito retento ac ab expensis ob hoc factis, dampno seu interesse nobis contingentibus supportauimus et presentibus supportamus, renuntiamusque pro nobis et nostris in perpetuum successoribus omni iuri et actioni, que nobis quomodolibet competere videbantur erga premissa seu quodlibet premissorum. In cuius rei euidentiam et testimonium perpetuum presens super hoc confectum Nos Ludolfus abbas prenotatus nostro sigillo proprio vna cum Conuentus nostri predicti sigillo patenter appensis dignum duximus sigillandum. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LVIII<sup>o</sup>., In die Marie Magdalene.

Abgedruckt ohne die Datirung im Codex I. 16. S. 436 f.

CXV. Das Kloster Diesdorf verschreibt der Conventualin Luckard von Bartenleben für einen Beitrag zum Ankauf des Dorfes Wolmerjen eine Hebung aus diesem Dorfe, die jene wiederum dem Kloster vermachet, am 18. October 1358.

Quoniam ea, que aguntur in tempore, simul vilescunt et labescunt cum tempore, Necesse est autem, ut ea munimine sigillorum et litterarum solidantur; Nos igitur Johannes Dictus Buk prepositus, Elyzabeth priorissa Totusque Conuentus Insule Marie Dyftorpe Vniuersis christifidelibus, quorum interest seu interesse poterit quomodolibet in futurum, Recognoscimus publice